



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXXIV. Bischof Friedrich von Verden bestätigt eine mildthätige Anordnung
seines ehemaligen Propstes dem Kloster, am 27. März 1308.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

XXXIV. Bischof Friedrich von Verden bestätigt eine mildthätige Anordnung seines ehemaligen Propstes dem Kloster Arendsee, am 27. März 1308.

Fredericus, dei gracia Verdenfis ecclesie Episcopus, Vniuersis Cristi fidelibus presentem litteram visuris siue auditoris Salutem fructuosam et sinceram in domino karitatem. Cura pastoralis nos hortatur fideliter et ammonet, ut ad ea, que ob spem diuine retributionis a nostris subditis disponuntur, curemus adhibere operam efficacem. Ordinationem vero honorabilis viri domini Henrici, quondam prepositi in Arnse, nunc autem in kreueze, presentibus approbamus, scilicet elemosinam, quam predicto monasterio arnse siue virginibus Cristi ibidem deo Jugiter famulantibus assignauit, Confirmamus, nolentes hoc ab aliqua persona contradici, sed quitquit per prehabitum dominum henricum in elemosinis dandis ordinatum fuerit, ratum et inuolatum perpetue permanebit. In virtute igitur sancte obediencie et sub pena excommunicacionis perhibemus districtius in hiis scriptis, ne prehabita gracia ancillis Cristi predictis fauorabiliter deputata in perpetuum violetur. In cuius Rei testimonium Presentem litteram Sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum anno domini M^o. CCC^o. VIII^o., feria quarta post dominicam, qua cantatur Letare.

XXXV. Peter von Gardiz einigt sich mit dem Kloster Arendsee über einen Gütertausch, am 2. Juni 1309.

Ideo factis modernorum rationabiliter ordinatis cautela scripturarum apponitur, ne temeritas successorum accessum habeat malignandi. Ego petrus de Gardiz Notum esse cupio vniuersis, quod Conuentus beate marie virginis in Arnesse cum omni Jure possidebat vnum Chorum tritici In Curia dicta Scarpenhoue, Cum quo conuentu et Ecclesia Beate Marie Virginis in Arnesse permutacionem feci libero motu, Ita videlicet, quod antedictus conuentus Jure hereditario in perpetuum In curia mea dicta Coder sita apud Ciuitatem Sehufen vnum chorum tritici libere et quiete recipiat possidendum, Qui chorus predictus per meum curram in Ciuitatem zehufen, in quam domum sepiusdictus Conuentus voluerit, deportabitur annuatim, Hec [sic!] forma adiecta, Vt si aliquando alius Chorus tritici boni valoris et certitudinis in loco apto et commodo ad emendum cum omni libertate inueniatur, tunc prepositus sepiusdicti conuentus in Arnesse et antenominatus petrus de Gardiz addent seu component inter se ad dictam empcionem chori, si necesse fuerit, quilibet vnam marcam argenti stendalensis. Ne igitur alicui successorum meorum in posterum de meo facto seu permutacione dubium oriatur, presens scriptum dedi cum nominibus eorum, qui permutacioni predictae, cum fieret, affuerunt, et conscripsi Et Sigilli mei appensione communiui. Ego Johannes Miles de Gardiz ad maiorem euidentiam mei Sigilli appensione Roborauit. Nomina testium sunt hec Johannes Plebanus de Wancewere, frater Johannes de owlofen, Conradus de Boswede, hinricus de Boswede, hyfo de Gere, et alii quam plures. Noerint igitur vniuersi, quod nos Consules Ciuitatis zehufen ad instanciam Petri de Gardiz